HAIMO ALTISSIODORENSIS
3. Viertel 12. Jh. Seite 21r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



dei claues mortis & inferni. quia sua occulta reserati
one dat potestatē diabolo uel eius membris, ut seruant in persecuti
one sanctorum. & iterū cum uult facit omnē eorū con
quiescere temptationē. His clauibus conclusus erat
diabolus cum dño dicente. numquid considerasti
seruū meū iob quod non sit ei similis in terra. uir sim
plex & iustus. temptandū cū appetit dicens. num
quid frustra timet iob dm. Nonne tu uallasti eum
ac domū eius. uniuersāq; substantiā eius per circuitū.
Mitte manū tuā. nisi in facie benedixerit tibi. Re
serauit ei dns clauē. cum potestatē temptandi dedit
dicens. ecce in manu tua ē. & ille accepta potestate egres
sus percussit iob ulcere pessimo. Sed postea cohibitus
ē. & sub claue reclusus. quando ipsa temptatio profuit
beato iob ad glam. & restaurata s̄ ei omīa duplicia.
ipsiq; temptatori eadem temptatio creuit ad cumu
lum damnationis suę. His clauib; fuerat dimissus.
quando petrū timore concutiens. compulit dnm ne
gare. Reclusus ē iterū. quando respexit dns Petrū.
& ille fleuit amare. ac maculas trinę negationis
lauit amarissimis lacrimis. His clauib; etiā fuerat
relaxatus. quando Mariā multis criminib; sibi de
uinxerat. sed clausus ē quando dimissa sunt ei pec
cata multa. quia dilexit multū. His clauibus apertis.
fuerat dimissus. quando Paulū temptabat. cui ne mag
nitudine reuelationū extolleret. datus fuerat stimu
lus carnis. His diuini iudicii clauib; cottidie reserat.
cū electos temptationib; fatigare permittit. iterūq;
restringit. cum n̄ supra modū sed ad mensurā ipsas